

uitute, quæ est indiuidua, iuxta text. in l. 2. ff. de verbor. oblig. in §. 1. cum similibus. voluit gl. per text. ibi in l. qui aliena §. vlt. verb. pradio. ff. de negotiis gestis. gl. & B. in l. de communi in prin. & ibi B. ff. eodem tit. Angel. in d. l. 2. §. si tamen hominem. & ibi Immol. & Roma. in vers. ex iis. Anton. in c. causam. el. 2. qui filij sint legitimi. Immol. in l. vlti. & ibi Alexan. colu. 13. vers. aduertendum est in hoc. ff. de re iudi. idem Alexan. in l. sepe num. 48. ff. eodem tit. Panormita. in c. penult. colu. 4. de re iudi. Tiraquell. in tract. res inter alios acta num. 59. Marc. Anto. Pereg. in tract. de fideicommi. art. 53. nu. 43. prout etiam e conuerso in re indiuidua sententia lata pro vno ex consortibus prodest aliis, ita quod res iudicata pro vno ex con-

351 dominis, confedatariis, cohæredibus, aut confideicommissariis, aliis etiam proderit, & obertit, quemadmodum & a conuerso, l. loci corpus §. si fundus. ff. si seruitus vendicetur. Pereg. vbi proximè. d. n. 43. in prin.

Quam esse tenendam regulam, dicit Rebus. vbi proximè notans, sibi ipsis in hoc fuisse contrarios Bar. & Innocen. eam tamen limitat, vt procedat in seruitute iam constituta, prout loquitur d. §. si fundus. & d. l. si de communi. secus in constituenda, quia super hac lata sententia inter aliquos aliis

352 nec prodest, nec nocet, cum in ea non reperitur terminata regula nostra. & facilius retineatur ius iam constitutum, quam de nouo inducendum. l. Patre furioso ff. de eis qui sunt sui, vel alie. iur. & ita etiam resoluit Bart. quem sequuntur recentiores in d. l. 2. vers. ex his ff. de verbor. oblig. & Alexan. qui hoc multum commendat in d. l. sepe.

353 Cui alia & sexta finitima est regula, vt scilicet vbi duo, aut plures sunt habentes quilibet eorum ius in solidum, si aliter eorum agat, & rem in iudicium deducat, sententia aduersus eum lata, quæ in iudicatum transferit, consumit, & perimit ius aliorum. Et ea est ratio, quia de eadem re, & causa non nisi semel, non autem pluries quæri oportet. Licet §. si ff. nauis. caupo. stabu. l. si cui.

354 Si isdem ff. de accusatio. Exemplum fit in popularibus actionibus, in quibus de iure publico agitur, & quæ cuilibet de populo competunt. l. 3. ff. de popularibus actio. l. cum qui §. in popularibus. ff. de iurciur. per quæ quidem iura hanc doctrinam notauit gl. in l. 2. C. quibus res iud. & sequitur Alexan. in d. l. sepe num. 33. Peregri. d. art. 53. num. 41. quod idem esse dicunt ipsi, & Alexan. esse in quasi popularibus, veluti cum opponitur

355 aliquis defectus, ad infringendam electionem, nam lata semel sententia pro electo, quæ in iudicatum transferit, vltèrius querendum non est, gl. in c. cum dilecti. in verbo,

iudicatum. de electione. cum pluribus aliis, adductis ab Alexan. & idem est in publicis iudiciis, iuxta text. in d. l. si cui. §. si isdem. gl. scribentes gl. in d. l. 2. Alex. in d. l. sepe num. 34. & Peregri. vbi proximè num. 41. ad fi. circa quæ videndus Auendan. de exequut. 1. p. c. 4. n. 31. Martheus de Afflict. in constit. Sicil. rubrica 37. lib. 3. num. 12. Gregori. Lopez in l. 10. verbo, asi como de belas tit. 11. p. 3. qui plures recenfer opinioniones, quos vide, & quos supra adduxi à n. 322.

Hinc idem esse, dicendum est in duobus 357 reis credendi, qui ex eadem causa ius habent, nam res aduersus vnum ex eis iudicata, alteri quoque obest, quod probat text. iuxta secundum intellectum glossæ in l. ex duobus reis. & sequitur B. in 4. q. Angel. & latius Franc. Aret. sub num. 9. Alexan. in d. l. sepe num. 42. Peregri. in d. art. 53. num. 42. qui omnes rationem reddunt, & validissimam quidem, quia alter ex conreis agendo, litem contestando sibi præoccupat ius 358 actionis, ad text. in l. fideicommissa §. plerumque. ff. de lega. 3. & ex hoc inferunt Alexan. in d. l. sepe n. 15. & per eum Peregri. d. n. 42. quod vbi essent duo collegararij, aut fidei- 359 commissarij re coniuncti, sententia aduersus primò agentem lata, iure præoccupacionis per litem contestationem alium fideicommissarium excluderet.

Et vltèrius hætenus dictis à principio 360 circa tertios oppositores executiorum executioni, respectu, & ratione suæ possessionis; vnum non omittam addendum, quod iste talis tertius debet docere de possessione vera, & iusta, aliàs si sit fraudulenta, & dolosa, illi non prodest, nec impedit executionem rei, quæ absque dubio ab eo est auferenda. probat Couarr. cap. 16. num. 4. vers. sextum. Marius Giurba de i. 62. num. 3. & vltèrius in decis. 22. num. 18. prope finem. Cephal. cons. 225. & conducunt quæ nos furtum à num. 94. quæ possessio fraudulenta 361 & dolosa præsertim in præiudicium tertij non transfertur in accipientem, nec exit à potestate domini, etiam si rem dimiserit, latè Giurba, post magnam cateruam Doctorum d. decis. 22. num. 10. & per totam, & nos obiter supra n. 201. & quod tertij possessio iniusta non impedit executionem sententiæ, latè post Castrenf. in l. vis. per illum text. C. de proba. Carocius de exceptio. exceptio. 69. à n. 31. cum seqq.

Amplius etiam erit notandum, vt iis casibus quibus diximus, tertio non officere sententiam inter alios latam, fallit, (& datur pro cautela,) quando fuerit citatus, etiam si non compareat, quia tunc sententia illi præiudicat. Aymon consil. 12. numero 8. Boëri. decis. 182.

decis. 182. à n. 49. cum seqq. Gozadin. cons. 103. n. 12. plures citat pro hac cautela Iacobus Cancr. 2. p. varia. resolu. c. 16. à n. 59. Giurba. decis. 1. n. 31. Decian. cons. 54. num. 5. post Iff. Crauer. & alios, faciunt benè quæ post alios dixi supra n. 15. & 16.

363 Et insuper ea quæ diximus de opposicionibus, quæ fiunt per tertium executioni sententiæ, applicare poteris ad executiones, quæ fiunt vigore instrumenti guarentigij, quia parificantur, tradit Roma. cons. 77. n. 4. & 7. Couar. in practi. cap. 16. in fi. Menoch. de presumpcio. lib. 3. presu. 13. num. 10. Viuius decis. 304. ad finem. & bene in terminis aduertit Iacobus Cancr. vari. resolutionum. 2. p. cap. 16. num. 95. & nos ex aliis doctoribus alibi etiam diximus, præcipue cap. 5. n. 100. hac 4. p.

364 Illud insuper non dissimulabo, tertium, qui comparuit, ad impediendam executionem, non prohiberi, si succumbar, ordinariè denuo agere, vt ex pluribus resoluit Vinc. de Franch. decis. 289. n. 2. p. 2. Iacob. Cancr. 365 vari. resolu. 2. p. cap. 16. sub num. 81. quod fallit nisi de iure huius tertij oppositoris plenè cognitum fuerit in iudicio executio. Carceri. vbi proximè. vbi etiam quod si de exceptione opposita plenè fuerit cognitum, si nihilominus fuisset expressè reprobata, amplius opponi non poterit, ex Paulo de Castro in l. qui Roma. §. duo fratres. ff. de verbo. obli. num. 7. de quo nos suo loco fusiis.

CAPVT IX.

Ab executore, executionem faciente in quantitate, seu rebus minimè in executioribus nominatis, aut aliter comprehensis; an, & quando appellationi denegans delationem, vim commississe dicitur. vbi pluri mi casus adnotatione dignissimi inferuntur.

S V M M A R I V M.

Executor sententiæ naturam & tenorem imitatur. num. 1.
Sententiæ ius est strictum. n. 2.
Sententiæ super vna re vel rei parte lata, non continet aliam, nec etiam aliam partem. n. 3.
Sententiæ de vna re in ipsa expressa, ad aliam non expressam extenditur. n. 4.
Sententiæ super certis bonis cum dictione (maximè) alia non expressa non includit. n. 5.
Dictione (maximè) nihil operatur circa non expressa in sententiâ. ibid.
Condemnatio requirit scripturam, & non scripta Salgado de prote& Reg. Tom. I l.

in sententiâ non veniunt. n. 6.
Sententiâ non extenditur ad argumentum rei limitatæ. n. 7.

Sententiâ nūquam continet ea de quibus in iudicio nō fuit actum, nec in iudicio cognitum. n. 8.
Sententiâ lata super vna re ex pluribus petitiis, non extenditur ad alias. n. 9.

Pluribus rebus in iudicio generaliter deductis, sententiâ lata non omnibus præiudicat, sed tantum in prosequutis, & in quibus lis fuit contestata. n. 10.

Nisi pars malitiosè distulerit alias res prosequi. num. 11.

Excedit executor se extendens ad aliam rem, seu quantitatem non expressam. n. 12.

Excedit executor se extendens ad aliam rem extra expressam. n. 13.

Ab executore excedente de re ad rem, vel de quantitate ad quantitatem, appellationi defendendum declarabitur. n. 14.

Excedit nuntius qui habet in mandatis vt me ponat in possessione vnius rei, & ipse me ponat in possessione alterius. n. 15.

Excedit executor exequendo in alia re qua non fuerit iudicata. n. 16.

Mandatum vbi est certum & limitatum, quia probabiliter excedit executor, est nullum ab eo gestum. n. 17.

Mandatum vt sit limitatum ad incertum liquidandum, propter probabilem dubitationem excessus liquidationis, tangit iniustitiam non excessum, vt in exemplis. n. 18.

Executor an excedat si executoriales latas pro præbendato, vt in anteriori loco sedeat, illas exequatur in aliis præminentibus, puta osculo pacis, incensatione ante alios quibus præferri mandatur. n. 19.

Sententiâ declarans castrum esse civitati subiectum, censetur declarare teneri ad onera civitatis. n. 20.

Sententiâ vbi quid necessario supponit, ad illud se extendit, quia in ea dicitur expressum. n. 21.

Pronuntians super principali, censetur pronuntiare super incidenti necessario. n. 22.

Sententiâ censetur continere illud sine quo principale non potest stare. n. 23.

Sententiâ lata super vno, extenditur ad aliud, si ne quo illud vnum effectum sortiri non potest. n. 24.

Sententiâ supponens aliquid necessario, videtur illud exprimere. n. 25.

Expressum, vel necessario suppositum, ad paria iudicantur. n. 26.

Expressum dicitur quod virtualiter inest orationi prolata. n. 27.

Condemnatio super principali, inducit absolutiōnem super incidenti, quod subsistere non potest subsistente principali. n. 28.

Pronuntiatio super principali, inducit pronuntiationem

tionem super incidenti, quando hoc subordinatur cause principali contrarie. n. 29.
 Sententia lata super preeminentiis sedis intelligitur lata super aliis preeminentiis que sunt accessorie sedis. n. 30. & 31. ubi limitatur. & n. 32.
 Sententia non subintelligitur in necessario antecedenti aut consequenti, quando id in iudicium deductum non fuit. n. 33.
 Sententia qua aliquid exprimitur per modum cause, non parit exceptionem rei iudicate, in causa super qua non fuit actum cognitum, nec lis contestata. n. 34.
 Secus si partes illam causam per modum cause deduxerint in iudicium. n. 35.
 Annuntiatum in sententia per modum cause si plene cognitum sit, preiudicat sententia in annuntiato, non alias. n. 36.
 Sententia extenditur ad id quod ex ea inferitur necessario, quando super illatione plene fuit cognitum, non aliter. n. 37.
 Fructus in sententia ubi tacite sunt subintellecti, locum habent quando fuissent in iudicium deducti. n. 38.
 Sententia qua pronuntiatum fideicommissarium mittendum in possessionem, intelligitur restituendam fore heredi quando super eo actum fuit. n. 39.
 Venditor condemnatus ad restitutionem pretij oblationem, ex l. 2. C. de rescinden. ven. compellitur rem tradere, etiam si sententia non exprimat. n. 40.
 Clericus per sententiam condemnatus ad inhabitationem & priuationem beneficii, an extendatur ad pensionem. n. 41.
 Verba iudicis debent intelligi secundum mentem iuris. n. 42.
 Sententia verba ad intellectum iuris sunt reducenda. n. 43.
 Pensio assignata laico aut pro seruitio temporali, non est beneficium, secus assignata pro clerici sustentatione aut causa resignationis. n. 44.
 Pensio extinguitur per professionem expressam aut tacitam religionis sicut beneficium. n. 45.
 Pensiones vacant per contractum matrimonij, sicut beneficia. n. 46.
 Pensionum sunt incapaces illegitimi, sicut beneficiorum. n. 47.
 Pensionem pro stipendio cuius est capax laicus, potest habere illegitimus. n. 48.
 Excedit executor, si sententiam qua quis est priuatus & inhabilitatus ad beneficium, extendat ad pensionem etiam que loco beneficii habetur. n. 49.
 Suspendo a beneficio non comprehendit pensionem. n. 50.
 Pena non extenditur ultra proprietatem vocis, nisi cogente fundamento. n. 51.
 Inhabilitatus ad beneficium per constitutionem panalem non censetur inhabilitatus ad pen-

sionem. num. 52. & num. seq.
 Pœnalis dispositio sicut sententia est odiosa, stricti iuris, & non extendenda. n. 53.
 Dispositio simplex inducens vacationem & incapacitatem beneficii non ob penam, extenditur ad pensionem que loco beneficii habeatur. n. 54.
 Excedit an executor si sententiam qua clericus est suspensus ab officio, illam extendat ad beneficium. n. 55.
 Suspendo clerico perpetuo ab officio per sententiam non excedit executor si illam extendat ad beneficium. n. 56.
 Beneficium censetur vacare per suspensionem perpetuam ab officio. n. 57.
 Beneficium datur propter officium. n. 58.
 Suspendus per sententiam ab officio ob delictum grane simpliciter, non perpetuo, nec cum praeiudicatione temporis, etiam censetur priuatus distributionibus quotidianis. n. 59.
 Suspendus simpliciter ab officio absque tamen praeiudicatione temporis, suspensus intelligitur a beneficio. n. 60.
 Beneficium est accessorium ad officium. n. 61.
 Suspendus a beneficio non intelligitur suspensus ab officio. n. 62.
 Suspendus ab officio ob delictum leue aut contumaciam, non intelligitur suspensus a beneficio. n. 63.
 Collatio beneficii facta suspendo ab officio vel beneficio, non valet. n. 64.
 Suspendo ab officio ex quibus causis sit infligenda. n. 65. remissiuè.
 Et quando incurratur irregularitas, & quid Prælati censeantur interdicta. ibid.
 Sententia qua clericus est declaratus perpetrasse delictum, quod tamen sit priuatione beneficii dignum, an possit ad beneficium extendi si in sententia non sit expressum. n. 66.
 Doctores negatiuam opinionem tenentes recensentur. n. 67. vide n. 70.
 Clericus condemnatus ad perpetuum carcerem an possit beneficium resignare. n. 68.
 Clericus declaratus commississe delictum ipso iure priuatione beneficii dignum, intelligitur condemnatus ad illius priuationem. n. 69.
 Notarius cõdemnatus crimine falsi, duntaxat intelligitur priuatus officij visu & exercitio. n. 71.
 Notario delinquente extra officium, requiritur expressa priuatio officij, quia non subintelligitur. n. 72.
 Officij priuationis pena si incurratur ipso iure, sufficit delicti declaratio, ut priuato subintelligatur. n. 73.
 Executor non excedit si sententiam qua clericus declaratur commississe delictum dignum priuatione beneficii, ipso iure exequatur in illius priuatione. n. 74.
 Sententia qua clericus condemnatur ad restitutionem beneficii cum fructibus perceptis, an exequatur

quatur in distributibus quotidianis, oblationibus funeraribus, & elemosinis incertis. n. 75.
 Fructuum beneficii ecclesiastici appellatione distributiones quotidianæ non comprehenduntur. n. 76.
 Priuilegium habens a Pontifice integre percipiendi fructus etiam absens ac si fuisset presens, non intelligitur in distributionibus quotidianis. n. 77.
 Distributiones quotidianæ personaliter interesse fructibus duntaxat prestantur. n. 78.
 Fructuum & proventuum beneficii appellatione non comprehenduntur oblationes, mortualia, & annuaria. n. 79.
 Annuaria & funeraria incerta non considerantur ad valorem fructuum beneficii. n. 80.
 Nisi hæc emolumenta incerta sint solita locari singulis annis. n. 81.
 Condemnatus ad restitutionem beneficii & eius fructus perceptos, non tenetur restituere distributiones quotidianas. n. 82.
 Condemnatus ad restitutionem beneficii & fructuum perceptorum non restituit elemosinas, funeraria, & oblationes, aliæque incerta. n. 83.
 Fructuum condemnatio etiam parochialis non fit nisi prouenientium ex decimis, primitiis, &c. num. 84.
 Electio parochialis facta per Episcopum non seruata forma Concilij, condemnatio fit fructuum. n. 85.
 Prouisus per ordinarium de beneficio, non seruato ordine iuris, non facit fructus suos. n. 86.
 Condemnatus ad restitutionem fructuum beneficii, intelligitur in distributionibus quotidianis, si beneficium non habeat grossam, nec verba sententia inania reddantur. n. 87.
 Distributiones quando condemnatus tenetur restituere, intelligitur illas tantum quas ob residentiam suas fecit, non tamen que ob eius absentiam aliis accreuerunt. n. 88.
 Nisi per colligantem sibi fuisset facta protestatio ut residat, vel dimittat, quia tunc ad omnes tenebitur. n. 89.
 Et que requisita sint necessaria ad hanc protestationem. n. 90.
 Distributiones quotidianas tenetur possessor restituere, quando agitur ex breui Cameralis, quia beneficium est reseruatum. n. 91.
 Distributiones quotidianas tenetur prestare attentans lite pendente condemnatus ad fructuum restitutionem. n. 92.
 Executor ad rei restitutionem vigore executorialium datus, an excedat eas exequendo in fructibus non expressis nominatim in sententia. n. 93.
 Sententia est stricti iuris, & tantum disponit quantum loquitur. n. 94.
 Sententia plus non probat quam ex ea necessario inferitur. n. 95.
 Sententia aliud non continet quam in ea reperitur.

Salgado de protect. Reg. Tom. II.
 tur expressum. num. 96.
 Sententia strictam interpretationem recipit. n. 97.
 Fructuum perceptorum restitutionis condemnatio non capit illos qui percipi potuerunt. n. 99.
 Omissum censetur quidquid in condemnatione non reperitur expressum. n. 100.
 Fructus longè distant à re & diuerso iure censentur. n. 101.
 Restitutionis rei facta condemnatio intelligitur & de fructibus quos de iure condemnatus tenebatur restituere. n. 102.
 Res non intelligitur restituta, dum etiam fructus non restituuntur. n. 103.
 Fructus semper veniunt in restitutione rei quantum attinet ad propriam naturam restitutionis. n. 104.
 Fructus sub restitutione rei comprehenduntur si alias ex natura actionis & de iure veniebant & debebantur, non alias. n. 105. & 113.
 Restituere verbum in sententia appositum fructus quoque comprehendit ex propria vi & virtute. num. 106.
 Restituere verbum plenam habet significationem ut etiam fructus comprehendat. n. 107.
 Restitutio est in pristinum statum repositio seu reintegratio. n. 108.
 Restituit non solum qui corpus, sed etiam qui omnem rem, conditionemque reddita causa prestat. n. 109.
 Verba sententia ad iuris intellectum sunt reducenda. n. 110.
 Verba iudicis debent intelligi secundum mentem iuris. n. 111.
 Iudicis menti magis quam cortici verborum est inherendum. n. 112.
 Executor ad rei restitutionem datus excedit si prestat fructus non expressos in sententia, si alias ex natura iudicij & actionis prestari non debebantur, secus è conuerso. n. 113.
 Fructuum post litem contestatam expressa petitio non requiritur, sed cum ipsa re tales restituuntur. n. 114.
 Quid scilicet res mandatur restitui. ibid.
 Fructus ante litem contestatam in sententia ut subintelligantur, per verbum (restituas) debent expresse peti. n. 115.
 Sententia qua declaratur rei dominus aliquis, non includuntur fructus nisi exprimantur. n. 116.
 Expressum in sententia, & necessario tacite supponi, idem est. n. 117.
 Conar. declaratur. n. 118. & 114.
 A significatione verborum non aliter recedendum est, quam cum manifestum sit aliud sensisse disponentem. n. 119.
 Strictam que habent interpretationem, non excludunt propriam verborum significationem. n. 120. & n. 149.
 Sententia licet sit stricti iuris, non excludit que veniant ex propria verbi significatione. n. 121.
 Verba non amittunt suam propriam significationem.

nem, etiam quantumcunque materia sit odiosa. n. 122.
 Verba vniuersalia & non restricta ad aliquid limitatum etiam in materia odiosa, retinent propriam significationem. n. 123.
 Ex verbis sententiae nihil inferitur nisi quatenus verborum significatio subintelligitur. n. 124.
 Sententia est stricti iuris, & ultra non extenditur quam importet verborum sonus. n. 125.
 Verba semper recipiunt interpretationem secundum naturam rei. n. 126.
 Quamuis actus periret. ibid.
 Verba debent interpretari secundum naturam rei, & iuris dispositionem. n. 127.
 Verba impropriantur, suppleuntur, aut alterantur ob subiectam materiam, etiam si sint praegnantia, & in materia stricta. n. 128.
 Verba etiam in statutis recipiunt interpretationem legalem. n. 129.
 Expressum satis dicitur quod virtualiter ex verborum propria significatione continetur in sententia. n. 130.
 Text. in l. ex diuers. §. 6. ubi ff. de rei vindicatio. pulchre interpretatur. n. 131. & seqq.
 In actionibus realibus satis est iudicem actorem rei dominium declarare. n. 132.
 Sententia qua declaratur quem esse dominum rei, habet tacitam condemnationem ad illam dimittendam & restituendam. n. 133.
 Sententia qua declaratur bona esse auctori hypothecata, censetur condemnari reum ad illam relaxandam. n. 134.
 Sententia qua quis declaratur debitor alicuius ex causa mutui, virtualiter intelligitur condemnatus ad restituendum debitum. n. 135.
 Sententia declarans in aliquem fuisse translata possessionem ex tali tempore, ab illo videtur ad fructus condemnare. n. 136.
 Sententia declarans aliquid deberi, includit tacitam debiti condemnationem. n. 137.
 Iudex declarans actorem verum rei dominum, necessario supponit a reo restituendam. n. 138.
 Sententia qua quis condemnatur ad restitutionem bonorum refusus expensis, licet non dicat per quem, tamen subintelligitur per eum cui bona restituuntur. n. 139.
 Executor executorialium quibus quis condemnatur rationem reddere administrationis, an excedat si facta calculatione exequatur reliquatum. n. 140.
 Rationem reddendi actus duo continet separata, rationem reddere & reliqua soluere. n. 141.
 Condemnatus rationem reddere virtualiter censetur condemnatus ad reliquorum solutionem nouo non expectato processu. n. 142.
 Executor ad reddendam rationem datus dicitur mixtus respectu calculationis & liquidationis. num. 143.
 Executor mixtus datus ad rationem reddendam

teneretur ante executionem reliquatum & calculationem confirmare. n. 144.
 Licet suprema tribunalia nihil curent de confirmationis omissione facienda per executores, contra Gutierrez. ibid.
 Sententia reddenda rationis qua exprimitur ut facta liquidatione executor exaquaretur, non indiget alia confirmatione. n. 145.
 Merus executor an possit confirmare calculationem. n. 146.
 Executor ad reddendam rationem non potest esse merus, cum detur ante liquidatam materiam. num. 147.
 Condemnatus per sententiam ad id quod per calculatores liquidabitur, facta liquidatione alia non requiritur condemnatio. n. 148.
 Liquidationis iudicium habet se ut incidens ad sententiam, & eius naturam assumit, ac pariter executioni mandatur. ibid.
 Rationem reddere propriam habet significationem reliqua soluere. n. 149.
 Ea quae virtualiter in sententia comprehenduntur, habentur pro scriptis in ea. n. 150.
 Quae virtualiter subintelliguntur, habentur pro expressis, etiam si expressio requiratur pro forma, & pro eis pariter praestatur executio. n. 151.
 Statutum attribuens executionem instrumento, intelligitur etiam respectu hypothecae tam tacite quam expresse. n. 152.
 Praesumptio ex instrumento elicitur dicitur tenor illius. n. 153.
 Condemnatus ad reddendum triticum in specie, & qualitas non sit expressa in sententia, an excedat executor si compellat ad praestandum optimum triticum. n. 154.
 Et quid in condemnato ex causa legati tritici. n. 155.
 Et quid de aliis rebus quae terminos habent a natura, seu quae facti hominis finem habent ut vestis, cuius qualitas sit praestanda ut indicatis satisfiat. ibid. remissum.
 Condemnatus ad restitutionem rerum ex iudicio particulari, seu vniuersali quas tempore litis motae non possidebat, si tamen re iam indicata cepit possidere, an compelli possit per executores ad illarum restitutionem absque reatu excessus. n. 156.
 Excedere executores hoc casu qui teneant. n. 157.
 Reus conuentus si non possideat, & de iure agentis constet, iudex declarat rem pertinere ad actorem absoluto reo. n. 158.
 Et tunc si reus post rem iudicatam, cepit possidere, in illum sit executio absque nouo processu. n. 159.
 Quod idem procedit in bonorum possessione. n. 160.
 Reum conuentum & non inuentum possidere tempore latae sententiae, iudex poterit condemnare, ut quando cunque bona habeat, restituat auctori recte suum dominium probanti. n. 161. declara ut ibid.

Reus

Reus inuentus non possidere, non est absoluedus ab observatione iudicij, sed actor probans de suo iure declarandus Dominus, & quae sit huius declarationis vtilitas. n. 162.
 Actor tamen hoc casu erit in expensis condemnandus. n. 163.
 Et quid si reus distulit opponere se non possidere. num. 164.
 Reus ob non possessionem tempore latae sententiae tandiu durat absolutus quandiu non possideat, secus cessante causa & cepit possidere. num. 165.
 Conuentus pro vna repetitione hereditatis, & tempore sententiae plures cepit possidere, an in petitione & sententia comprehensa intelligatur. n. 166.
 Et quid in iudicio vniuersali petitionis bonorum possessionis. n. 167. & 168.
 Verbum praeteriti temporis imperfecti in subiunctiuo etiam ad futurum respicit. n. 169.
 Haeres intentans bonorum possessionem vniuersalem, aut petitionem hereditatis contra possidentem vnam rem tantum, sententia comprehendit omnia bona quae post sententiam cepit possidere. n. 170.
 Haeres intentans iudicium vniuersale bonorum possessionis, aduersus nullam rem hereditatis possidentem, si post condemnationem cepit possidere non officij sententia. n. 171.
 Secus si vnicam rem possideat, quia tunc cetera iudicium fundatum reperiunt. n. 172.
 Executor ad restitutionem bonorum confiscatorum faciendam ei cui Princeps restituit an excedat, si exequatur tertios possessores in quos res fuerit a seculo alienata. n. 173.
 Executor ad restitutionem bonorum confiscatorum per Principem factam, datus an excedat si fructus etiam soluere cogat. n. 174.
 Restitutio gratuita non praestat fructus, secus rigorosa. n. 175.
 Empior auctore pretore possidet bona fide & dominium habet. n. 176.
 Verbum (restitutio) importat fructus restitutionem, ubi aliis ex vi iudicij solent venire, non aliter. n. 177.
 Restitutio Principis ad quae bona & fructus extendatur. n. 178. remissum.
 Condemnatus Clericus ad priuationem beneficij si a Papa restituatur an recuperet beneficium, & quid si sit alteri iam collatum. n. 179. remissum.
 Clerico capitaliter condemnato pensio extinguitur & consolidatur cum beneficio. n. 180.
 Clericus capitaliter condemnatus & a Papa restitutus, an recuperet pensionem iam consolidatam cum beneficij. n. 181.
 Executor ad rei restitutionem an excedat compellendo praestare estimationem damni & deteriorationis, quae in illa reperitur, si id omni Salgado de protect. Reg. Tom. II.

scribit in sententia. num. 182.
 Res reddita restituta aut soluta proprie dicitur, quae non deteriorata redditur aut soluitur. numer. 183.
 Deposita res non dicitur reddita si deteriorata reddatur. n. 184.
 Res abesse dicitur cuius corpus manet, sed forma mutata est. n. 185.
 Vestimentum si scissum redditur, videtur abesse. num. 186.
 Restitutio tota iuris interpretatio est. n. 187.
 Damni satisfactio, & aestimatio comprehenditur sub verbo (restituere) cuius haec propria significatio est. n. 188.
 Verborum propria significatio etiam in materia quantumcunque odiosa semper retinetur. num. 189.
 Damni satisfactionem verbum (reddere) ex propria significatione comprehendit. n. 190.
 Verbum (reddere) iuris interpretatione etiam restitutionem significat. n. 191.
 Restitutio est in pristinum statum redintegratio. num. 192.
 Redintegratio dicitur a re & integer. n. 193.
 Damnum dicitur omnis rei diminutio seu lesio. num. 194.
 Executor datus ad tradendum fundum, non satisfactio dimidium tradens. n. 195.
 Restitutio tantum restituit, quantum abstulit id aduersus quod restitutio datur. n. 196.
 Restitutionis gratia tantum attribuit, quantum condemnationis sententia ademit. n. 197.
 Restitutus quis non dicitur, nisi plenariam consequatur restitutionem. n. 198.
 Restitutio facit renasci quod extinctum fuit. ibid.
 Rei appellatione tota continetur. n. 199.
 Condemnatus recuperat melioramenta rei etiam si in sententia nihil sit dictum, sed in eius fauorem pristinus rei status attenditur ad hunc effectum. n. 200.
 Illud quod rei additum est in executione, si condemnatus recuperat, pariformiter debet soluere quod ipsi rei detrahitur. n. 201.
 Fructus sunt separati ab ipsa re. n. 202.
 Fructus quia causantur ab ipsa re, restituit executor datus dumtaxat ad rei restitutionem. num. 203.
 Damnum & deterioratio rei ipsam intus tangit, & pars est illius. n. 204.
 Causa plus influit in re ipsa quam in causato. num. 205.
 Ob damnum tangens rem ipsam Emphyteuta illam amittit, secus si tangat fructus. n. 206.
 Destinatio non est quid diuersum ab ipsa re. ibid.
 Damnum contingens in re est perpetuum, quia respicit dominium: contingens autem in fructibus est temporale, quia respicit commoditatem vtiens dumtaxat. n. 207.
 Executor non excedit compellendo ad aestimatio-

nem rei perempta, ad cuius restitutionem datus est. n. 2. 08.

Aestimatio succedit loco rei, & ipsam representat. ibidem.

Executor poterit compellere ad aestimationem partis peremptae rei, sicut & totius. n. 2. 09.

Fideiusso obligatus solutione certa pensionis domus, tenetur pro deterioratiqne, licet fideiusso sit stricti iuris. n. 2. 10.

Ad damna & deteriorationes rei censetur virtualiter condemnatus, qui ad eam restituendam simpliciter est condemnatus. n. 2. 11.

Executor ad rei restitutionem datus non excedit, si compellat condemnatum, liquidatam aestimationem damni & deteriorationis rei prestare. n. 2. 12.

Dammum illatum in re post sententiam usque ad realem restitutionem eius, executor potest per eius aestimationem soluere. n. 2. 13.

Damna rei illata qua & ad qualia teneantur. num. 2. 14.

Damna qualia dicantur, & cuius culpa accidisse praesumatur. n. 2. 15. remissive.

Damna an compensentur cum melioramentis, factis in ipsa re. n. 2. 16. remissive.

EXECUTOR, qui semper sententiae naturam, & tenorem imitatur; ultra quantitatem, & rem in ea tacite, aut expresse contentam, executoriales minime exequatur, quippe enim adeo est sententiae ius strictum (prout supra cap. 8. num. 47. & seqq. vers. quae quidem omnia & eo, &c. scriptum reliquimus, & infra hoc c. à n. 97.)
 3 vt lata super vna re, vel super rei parte, nec contineat aliam rem, nec etiam aliam partem. Alexan. conf. 123. discussis. num. 7. lib. 4. Decius conf. 248. de duobus. colu. si. Fulgos. conf. 140. praesupponitur. colu. penul. vers. ad secundum. Decius in l. 1. ff. de off. eius. Castrenf. conf. 441. n. 5. in fi. lib. 2. nec de vna re in ea expressa, ad aliam extenditur, Roma. conf. 403. à num. 4. Alex. conf. 208. lib. 2. num. 4. Menoch. conf. 110. à num. 17. usque ad 26. Roland. à Valle conf. 34. num. 76. lib. 4. Cardinal. Tusc. practicar. conclu. tom. 7. litera S. concl. 126. à num. 65. qui etiam num. 66. dicit in proposito, quod sententia lata super certis bonis cum dictione (maximè) videlicet condemnatus, maximè ad restituendum bona specificata, nempe domum, vineam, &c. non includit alia, non specificata, quia dicitio (maximè) nihil operatur circa non expressa in sententia, ex quo continet solum ea, quae necessariò veniunt, quia requirit scripturam, & non scripta non veniunt. Paul. Castren. conf. 441. viso num. 5. lib. 2. vbi apostilla dat plurimos concordantes. nunquam siquidem extenditur sententia ad aug-

mentum rei limitatæ, Decian. conf. 51. n. 44. lib. 1. & tandem sententia nunquam comprehendit ea, de quibus nondum fuit actum, & ac in iudicio cognitum, tenet Angel. conf. 235. Albert. Cuman. conf. 19. quidam nobilis. Paulus Castren. conf. 262. in facto illorum, in antiquis. Cardin. Tusc. vbi proximè num. 59. adeo vt nec etiam lata sententia condemnatoria super vna re ex pluribus petitis, extenditur ad alias. Menoch. conf. 110. num. 62. Bart. in l. 4. C. depositi. & faciunt, quae nos diximus supra cap. 8. à num. 47. vers. quae quidem, & vers. sequenti, in numeris seqq.

Et imò agendo generaliter super pluribus rebus, sententia lata non praedicitur in omnibus sic deductis in iudicio, sed illis tantum, quae prosequitur fuere, & super quibus lis fuerit contestata. ita latissime Socin. plura reddens exempla, in conf. 18. prosequendo ordinem, à num. 42. cum pluribus seqq. lib. 1. quem sequitur apostilla ad Felin. in c. aduersario n. 4. vers. rei iudi. de exceptio. vbi plures allegat. Tusc. pract. conclus. tom. 6. litera R. concl. 268. num. 9. & à num. 11. qui num. 11. cum Feli. vbi proximè in d. c. aduersario, n. 12. hoc limitat, vt non procedat, quando pars malitiosè, & dolo distulerit alias perfecti res.

Quare ad illas res, seu quantitates se extendens exequator meritò excedere dicitur. text. est in auth. de collatoribus. §. eos autem. vers. si autem aliquis collatione §. l. contra nostra C. de executoribus. & ex aduerso. tribu. lib. 12. quae loquuntur in excessu de quantitate ad quantitatem. text. in l. prohibendum C. de iure fisci. lib. 1. text. in c. super olim. Ab. de off. delegati. & l. Regia 20. tit. 4. p. 3. & l. 47. tit. 18. eadem p. 3. Vantius de nulli ferent ex defectu iur. ordi. &c. num. 93. plures refert Aulefius in c. 1. praetor. gl. mandando, &c. n. 30. & seqq. Castellus à Bobadill. in polit. lib. 2. c. 20. num. 64. qui loquuntur de excessu de re ad rem.

Et de vtroque ab executorialium exequatore, excedente de re ad rem, & quantitate ad quantitatem, hoc est, quando facit executionem in alia re, de qua nec actus est, nec facta condemnatio, nec tacite, nec expresse in sententia comprehenditur, vt puta; lata est pro dimidia domo, & exequitur pro tota, vel pro centum, & exequitur pro centum, & 20. appellationi interpositae per grauatum sit omni modo, tanquam ab excessu manifesto, vt licite, ac legitimè deferendū, probat gl. in l. ab executione. verbo, excedat. C. quorum appell. non recipi. Specular. in tit. de executio. sentent. §. nunc dicendum. vers. quid si ab exequatore num. 7. ad princ. B. in l. ab exequatore sub num. 2. ff. de appella. cum quo transit remissive Roland. à Valle conf. 43. numer. 6. volu. 1.

volu. 1. Bart. in d. l. ab exequatore num. 4. Salicet. num. 5. vbi etiam communiter ceteri Doctores, Alexan. conf. 92. num. 6. vers. nec in dicta provincia. lib. 2. Cardinal. Tusc. practicar. conclusio. tom. 1. litera A. concl. 4010. n. 5. Ruin. conf. 8. num. 2. colu. 5. Augustin. Beroi. conf. 32. in causa num. 15. Lancelo. Robert. de attenda. 2. p. cap. 12. limi. 53. num. 28. Veltrius in praxi Romanae Curiae lib. 7. cap. 5. num. 9. & c. 3. sub n. 9. Marquet. in tract. de commissio. 1. p. cap. 24. num. 6. Caesar Barzi. decis. Bonon. 55. num. 11. Rota Romana decis. 100. p. 1. diuersa. sub n. 17. Caesar Contard in repetitione l. vni. C. si de mome. poss. fuer. appell. limi. 19. num. 21. vbi exemplificat in nuntio, qui habet in mandatis: vt ponat me in possessionem vnus rei, & ipse me ponit in possessionem alterius. Rebuf. in tract. de senten. execut. art. 7. gl. 14. num. 3. vers. 2. tom. 1. fol. 379. exemplificans in exequatore, qui exequitoriales exequitur in alia re, quam fuerit iudicata, idem Rebuf. ibi d. art. 7.

16 gl. 14. sub num. 4. loquitur, quando exequitor excedit exequendo executoriales pro maiori quantitate, quam in sententia continetur, & probatur in §. plus autem petere. in situ. vbi dicitur is, plus petere, qui pro decem sibi debitis, petit 20. ac propterea si exequitor ab huiusmodi excessu de re ad rem, seu quantitate ad quantitatem minimè appellationi interiectae distulerit, vim facere deferendum, & reponendum senatus hanc per viam violentiae aditus, declarabit.

17 Pro cuius doctrine maiori perfectione seu claritate vnum est notabile, & stupendum verbum Ioannis Andreae in c. quoad consultationem super gl. si de senten. & re iudic. quem ibi referens, & exaggerans sequitur eleganter Ab. Panor. sub num. 2. 4. vers. sed contra praecedens dictum, dicentes, quod quando mandatum est limitatum in certa re, vel quantitate; puta; quando sententia continet expresse talem fundum, vel talem domum, talem agrum sub talibus cōfinibus limitatum, tradendum, & restituendum Francisco; aut quando sententia continet certam summam, & quantitatem: puta; centum, vel mille: tunc ideo id, in quo excedit exequitor, cum sit excessus, nullum est. quia probabiliter excedit limites commissionis, & ideo appellatio admittenda. Quandoque mandatum est limitatum in incerto, & non liquidato: vt quando sententia mandat, quod mittatur quis in possessionem bonorum, valentium centum, vel hereditariorum, vel quae possidebat testator tempore mortis, vel quando condemnat in valore, & aestimatione talis rei, vel in fructibus, damnis, seu interesse, quos percipit condemnatus, & similibus: tunc propter probabilem dubitationem

18 tangit iustitiam partis, non tamen excessum, quia cum sit liquidandum, non sit limitatum, hoc est, quantitas non sit specificata in sententia, siue nullum, siue paucum liquidauerit valorem, seu bona: non potest cognosci, an excedat. quia sententia non habet limitem. imò semper remanet exequitor intra terminos potestatis mandatae huius liquidationis respectu, & illa liquidatio est interpretatio sententiae, non augens, nec mutans eius formam, seu tenorem. at si pars se grauatam putarit, cogitans plus, vel minus rem valere, tunc ius suum persequatur per viam appellationis non suspensiuè à grauamine simplici, perfecta executione. & circa hanc elegantem doctrinam Ioan. And. & Abbat. vide quae dixi supra c. 3. num. 75. & seqq. vers. denique excessus, &c. quibus & haec iunge, & faciunt quae latius infra c. 10. à prin.

Hinc ad particulares quaestiones, ab hac dependentes doctrina descendamus. & ad illam primitus; an exequitor datus, ad exequendam sententiam, & executoriales obtentas per aliquem praebendam, vt in honorabiliore, & anteriori loco sedeat; excedat, si eas exequatur, extendat, & intelligat, etiam in praeminentis, puta; osculo pacis, & incensatione ante ceteros, quibus in sede praerferri mandatur victor praebendatus.

Et quòd non excedat, fortissima probant fundamenta; primò, quia si sententia declarat, castum ciuitati esse subiectum, & esse de aliquo comitatu, censetur declarare, quòd teneatur contribuere ad onera ciuitatis, quia venit in necessariam consequentiam. Ab. in conf. 89. in q. colu. 2. in prin. vers. nec obstat si dicatur. lib. 1. sequitur Cardin. Tuscus practi. conclus. lib. 7. litera S. concl. 126. num. 111. Paul. Castren. conf. 275. ad primum in prin. lib. 2.

20 Secundo, quia quando sententia aliquid necessariò supponit, ad illud se extendit, quia dicitur in ea expressum. Alex. conf. 123. discussis num. 8. lib. 1. Fulgos. conf. 140. praesuppositis. Decius conf. 348. de duobus. colu. si. Crauet. conf. 174. nobilis Guido, numero 2. plura exempla ponit ad hoc Feli. in c. suborta n. 4. de re iudi. vbi si iudex qui non potest pronuntiare super negotio principali appellationis, nisi prius pronuntiet super grauamine, si tamen pronuntiat in negotio principali, necessariò censetur etiam pronuntiare super articulo, quia vbi ex actu, qui sequitur, necessariò inferitur ad praecedentem actum, censetur illum facere, & approbare.

21 Nam regula est, quòd sententia, & omnis dispositio censetur continere illud, sine quo principale non potest stare, quia qui

- vult consequens, videtur velle suum necessarium antecedens, Signorolus *conf. 107. quidam num. 27. Caltren. d. conf. 275. ad primum. in prin. lib. 2.* & propterea, si sententia continens vnum, extenditur ad aliud, sine quo
- 24 illud vnum, super quo lata est, effectum fortiori non potest. Angel. *conf. 257. sub num. 6. Ozafcus decif. Pedemont. 64. num. 2. Cardinal. Tuf. vbi proximè d. concl. 126. n. 111. & n. 105. & num. 106. Rota decif. 450. p. 1. diuerso. & per Pedemont. idem repetit Cardin. Tuf. practicar. conclu. lib. 7. litera S. concl. 122. num. 4.* quod
- 25 sententia supponens aliquid necessarium,
- 26 videtur illud exprimere. ad paria siquidem iudicantur, aliquid esse expressum, vel necessario præsupponi, vel subintelligi. Paul. de Castro *in l. 1. num. 1. c. quando prouocare non est necesse.* de quibus vide infra à num. 150. cum multis seqq.
- 27 Et satis enim expressum dicitur, quod venit in necessarium antecedens, atque expressum dicitur, quod virtualiter inest orationi prolatæ. *l. prator ait §. interdictum. vbi gl. in verbo, expressum.* & Bart. hoc notat *in prin. ff. de oper. noui nuntia. l. cum quid. vbi gl. in verbo, pro tacito. ff. si certum petat. cum aliis, per Tiraquel. in tract. de leg. connubia. gl. 7. §. 7. num. 179. & per Gaill. practi. obser. lib. 1. obseruatio. 2. num. 2. & 4. Marefcot. variar. resolu. lib. 2. c. 17. n. 17.*
- 28 Et hinc illam aliam intelliges doctrinam, quod quando causa principalis, & incidens habent se ita incidenter, vt impossibile sit, vt incidens subsistat, subsistente principali, nec ambo in ea compatiantur, tunc condemnatio in principali inducit absolutio-nem in incidenti. *text. in l. 1. in l. 2. & in l. 3. c. de ordine iudicior. & ibi not. B. vbi B. late etiam explicat post alios nostras Ioannes Garcia in tract. de nobilit. gl. 1. in prin. à num. 18. dicens, quod quando incidens est subordinatum causæ principali ex diametro contrariæ, ita vt principalis omnino non possit trahi, quin agatur de incidenti, tunc pronuntiatum in causa principali, inducit pronuntiationem in incidenti. *text. in d. l. 1. in autem §. si. ff. de negotijs gestis.* Paul. Caltren. *in l. quod in diem §. 1. ff. de compensatio. vide latissime, melius quam alibi, vbi habes plures casus distinctos, & exempla, plura iura, & plures Doctores per Felinum in c. suborta. n. 4. de sententiâ & de re iudi.**
- 30 Et ita fuit in nostro casu resolutum per Rotam Romanam in vna Astenfens. sedis 29. Febru. 1597. teste Prospero Farina in nouiss. per eum recollectis Dcccclxvi. vbi dicitur, quod sententia ad fauorem cuiusdam præpositi lata, quia declaratur, eius sedem esse cæteris digniorem, & primam post pontificalem, & per consequens cum eodem pri-

mo loco debeantur prærogatiuæ, videlicet, osculum pacis, incensatio, & alix similes, tam ex iure communi, quam probatione partis; de eisdem præminentibus intelligitur loqui etiam sententia, tanquam accessoriis ad sedem, quam occupat Præpositus, etiam si in sententia expressè dictum non sit, iuxta Concilium Alexan. 23. num. 6. lib. 5. & attende, quod circa hunc articulum, & causam alix etiam tres Rotæ decisiones factæ sunt, vt constat ex eodem Farin. ibi, quas consecutiue apposuit.

Et quæ est Dcccclxiv. fol. 478. egit Præpositus iudicio possessorio ad sedem duntaxat, à qua illum spoliauerat quidam Archidiaconus; obtinuit præpositus in sede, & dubitatum fuit; an executio sententiarum ad fauorè præpositi latarum, sit restricta, vel restringi debeat ad sedem, de qua agitur, vel potius huiusmodi executio iuris interpretatione fieri debeat, etiam in præminentibus sedis: resolutum fuit per Rotam per tunc restringendam esse exaltationem ad solam sedem, quam solum in iudicium deduxit Præpositus. & quia Archidiaconus erat in quasi possessione illarum præminentiarum, Præpositus autem nihil probauit in contrarium, maxime quia dubium erat, & nondum constabat; qualis dignitas esset dignior, an præpositura, an archidiaconatus, prout etiam dictum fuit in alia decisione sequenti apud ipsam Farina. quæ est Dcccclxv.

Sed quia late discussio negotio, & ventitato constitit, dictam præposituram esse digniorem dignitatem, & primam sedem habere post pontificalem, ita determinatum fuit per aliam, quæ est in ordine Dcccclxvii. fol. 479. tandem declaratum fuit per Rotam in superius adducta decif. Dcccclxvi. in his verbis *ibi*, nec dicatur, sententias, ad fauorem præpositi latas, non loqui de istis præminentibus, quia contrarium est verius, & vt accessoria ipsi debentur per supradicta. Alexan. *conf. 23. num. 6. lib. 5.* & quod dictæ sententiæ sint intelligendæ de istis præminentibus, suadetur ex eo, quod mandat Præpositum restitui ad possessionem iuxta petitionem, in eius libro contentam, in quo huiusmodi præminentia notantur, &c.) & sic quando non est dubium, dignitatem, pro qua lata est sententia, esse digniorem, & vt tali deferendæ prærogatiuæ, illi omnino deferuntur, etiam si in sententia expressum non sit, & executor pro eis executoriales poterit exequi, nec excedere dicitur, ex iam dictis.

Et ex iis decisionibus Rotæ vnica est attribuenta declaratio, ad supradictas doctrinas appositæ ad principium huius difficultatis,

tatis, quibus diximus, in sententia intelligi expressam, id quod venit in necessarium antecedens, & illud sine quo dispositum in ipsa sententia stare non potest, nec effectum fortiori, & similes, vt intelligendæ sint, quando de ipso actum fuit etiam, & deductum in iudicio principali, quia tunc etiam si in sententia expressa mentio non fiat, tamen subintelligitur ex eisdem Doctores, at si de eo actum non fuit per partes, nec in iudicium deductum, tunc ad illud non potest sententia extendi. ita docent Calderin. *conf. 198. alias 2. de re iud. in prin. Ioan. And. in c. cum Ecclesia futrina de causa poss. & proprie. quem sequitur Ancara. conf. 417. de quibus prædictæ sententiæ, & iterum conf. 155. n. 4. Cardinal. Tuf. practicar. conclu. lib. 7. litera S. concl. 131. num. 1. num. 5. & 6.* dicentes, quod si in sententia dictum sit; talem teneri ad

34 onera, & grauedines, quia est usufructuarius, vt hoc dictum per modum causæ necessariæ non excludit partem, quominus possit principaliter deducere in iudicium, & cognosci de usufructu, quia iudex non potest pronuntiare diffinitiuè per modum causæ, quando partes non sunt principaliter prosequutæ illud deductum, nec litem sunt contestatæ super eo. quia esset pronuntiare super eo, quod non est petatum. ideo non obstat iterum de nouo agenti exceptio rei iudicatæ, quia etiam deducta in sententia per modum causæ necessariæ, de qua non est actum, non parit eandem rei iudicatæ exceptionem, secus quando partes prosequutæ fuere illud deductum per modum causæ, & rectè faciunt, quæ supra diximus in principio num. 8. vers. & tandem post Angel. Ab. cum Pal. Car. Car. Tuf. quod sententia non comprehendit ea, de quibus in iudicio nondum fuit actum nec cognitum.

Quare etiam dicunt Cæsar Contar. *in l. vnic. l. 24. num. 45. 46. & 47. c. si de momen. poss. Sigismun. Scacia de appella. quest. 17. l. 1. memb. 9. num. 10.* per Bal. *in l. emptor 65. §. ancilla in prin. ff. de rei vind. in 2. lectura,* quod quando verba enuntiativa sint prolata in sententia per modum causæ de presenti, & enuntiatum fuit plene cognitum vt puta si iudex pronuntiat spoliatum esse restituendum, quia sententia, virtute cuius spoliatus fuit, est nulla. nam si de nullitate fuit plene cognitum, dicitur sententia lata super nullitate, & per consequens appellari ab eo tanquam mixturam continentem.

Hinc dicit etiam idem Scacia, *vbi proximè num. 11. in fi.* quod illa doctrina, qua dicitur, in sententia subintelligi, id omne, quod ex eo necessariò inferitur, procedat, quando de ea necessarii illatione plene fuerit co-

gnitum, non aliàs, & facit insuper, quod diximus infra hoc c. num. 113. vers. & licet in nostra principali resolutione, &c. per Couar. *lib. 1. variar. cap. 3. sub num. 1.* quod ad hoc, vt fructus tacitè intelligatur in sententia, quando vtitur verbo restituere, requiritur, vt pars illos deduxerit in iudicium. & quod super non prosequutis, & super quibus lis contestata non fuit, licet sit deducta in iudicio, non cadat res iudicata, nec hæc noceat, plures Doctores citati supra in prin. huius c. vers. & tandem num. 8.

Et ita etiam loquuntur præfati Doctores citati superius pro hac opinionis comprobatione, vt constat ex d. decif. Rotæ 450. p. 1. diuerso. per totam, qua petatum est à fideicommissario, sibi restituendam hæreditatem per hæredem, & in possessionem mitti, & ideo dictum fuit, quod si iudex pronuntians fideicommissarium immittendum esse in possessionem bonorum, censetur pronuntiasse, in necessarium antecedens, hæreditatem debere restitui, litium dirimendarum gratia. quia sententia continens vnum, extenditur ad aliud, sine quo illud vnum, super quo lata est, non potest fortiori effectum. Idem etiam pariter apparet ex d. decif. Pedemont. Ozafcus 64. vbi emptor cuiusdam rei putans se in ea ultra dimidium iusti pretij fuisse læsum; egit *ex l. 2. c. de rescinden. venditio.* vt sibi pretium restituatur, & ipse rem traderet, constituto de læsione, lata fuit sententia, qua fuit condemnatus reus venditor ad pretium hoc restituendum, & nihil dictum fuit in sententia de reddenda re, nec ad illud emptor condemnatus fuit, tamen conclusum fuit, nihilominus ipsam emptorem restituendo sibi pretio, compellendum sententiæ virtute, ad restituendum rem pariter, & ex eo potissimum id probat Ozafcus *ibi n. 3.* quod dicit Bal. *in l. penult. ff. de ijs qui sunt sui vel alieni iur.* quod sententia includit id, quod necessariò est præsupponendum, & sumitur ex mente actorum, referturque ad causam, quæ sumitur ex actis, secundum Bar. *in l. Lulianus. cola. 2. vers. predicta vero ff. de conditio. indeb. declarat Decius in c. cum venerabilis in prin. de exceptioni. Feli. in c. significauerunt n. 7. de exceptio. post glossam. & Bart. in l. si quis ad exhibendum. ff. de exceptione rei iudi. & ita procedunt etiam Felin. in d. c. suborta. & Ioan. Garcia. d. gl. 1. num. 18. & seqq. quia illi articuli incidunt, & in proposito, actum fuit de illis in iudicio, vt expressè constat, de quo etiam per nos late supra c. 7. n. ...*

Nunc alia se offert tractanda questio, an executor datus ad exequendum executoriales, quorum sententia, seu sententiis clericus est priuatus, seu inhabilitatus beneficio

cio, excedat illas exequendo, seu extendendo ad pensiones, quas ipse habet condemnatus, in cuius resolutione summa est difficultas, & partem negatiuam, scilicet, quod non excedat hoc casu exequitor, forte facit fundamentum, nam verba iudicis debent intelligi secundum mentem iuris. *c. causam. de rescriptis. l. si stipulatus. in prin. ff. de usuris. l. Gallus. §. quidam recte ff. de libe. & posthum. Alexan. conf. 2. num. 2. lib. 3. Craueta conf. 202. à n. 18.*

42 Corneus *conf. 126. colu. 3. lib. 4.* & verba sententiae ad intellectum iuris sunt reducenda. *l. miles. §. iudicati. ff. de re iudi. vbi Cal. Bal. in l. fundus. §. in venditione. vers. nota. ff. de pigno. Capol. conf. 57. duo fratres num. 5. in civilibus consilij. Alexan. conf. 46. circa primum num. 2. lib. 5. Castr. conf. 270. num. 2. lib. 2. Socin. conf. 134. colu. 3. in prin. lib. 1.* Iuris autem in nostro casu mens illa est (vt quidquid sit in pensione assignata pro seruitio temporali, seu aliàs quae praestatur vti laico, & eius sit capax) tamen pensio assignata clerico, vt commodius sustentari valeat, vel ex causa resignationis, loco habetur beneficij (vt personalitas communiter distinguitur) & loco beneficij cedit, quoad amissionem, hæc pensio regulanda est tanquam beneficium, quia eisdem modis amittitur, quibus beneficium, tradit Hier. Gabri. *conf. 187. n. 1. & conf. 200. lib. 2.* qui ita quotidie praticari & consuetudine, & stylo receptum, attestatur. Flami. *Parif. de resignatio. benef. lib. 3. q. 1. n. 13.*

45 Et hinc est, vt sicut per professionem expressam, vel tacitam religionis vacant beneficia, *c. beneficium de regul. lib. 6.* ita per illam huiusmodi pensio extinguitur, Gigas *de pensionib. quest. 57. Guidobonus decis. 138. Caputaq. decis. 223. p. 2.* ita sicut per contractum matrimonij vacant beneficia, huiusmodi etiam pensiones vacare, testantur Gigas *q. 54. & in conf. 132. Cauat. q. 30. Duarenus de benef. lib. 6. c. 4. vers. annua huiusmodi. Flami. Parif. post alios de resign. lib. 1. q. 1. n. 15. & lib. 6. q. 2. n. 115. Quintana Dueñ. Ecclesiast. lib. 1. c. 6. n. 9. Ceuallos qua. 147. n. 3. Vuald. in appendice ad candelabrum cap. 1. n. 33. Greg. Lopez in l. 4. tit. 6. p. 1. glo. 2. Couarr. in 4. 2. p. cap. 6. §. 3. num. 6. Puteus *decis. 459. lib. 2. Natta decis. 1079. lib. 3. p. 3. diuersor. Caesar de Grass. decis. 114. num. 9. Azor instit. mora. lib. 13. cap. 13. quest. 8. & Thomas Sanch. de**

47 *matri. lib. 7. disputatio. 55.* ita pariter huiusmodi pensionum illegitimi sunt incapaces, quemadmodum beneficiorum etiam sunt, secundum Gigan. *de pensio. quest. 16. Rebuf. in praxi benef. de dispensatione super defectu natalium. num. 48. & tit. de dispensatione ad plura. num. 65. Nauarr. conf. 5. de filijs presbyter. conf. 61. num. 3. & conf. 63. num. 5. de Simonia.*

& Cuch. *instit. canon. in parvis lib. 2. tit. 8. §. in primis. Quinta. Dueñas lib. 1. cap. 6. num. 6. Zerola in praxi Episcopa. 2. p. verbo. pensionarius §. 1. & Zechus de benef. & pension. cap. 11. num. 7. Nicolaus Garcia de benef. 1. p. cap. 5. à num. 115.* qui dicit, contrarium tenentes, intelligendos esse in illa pensione, quae datur in stipendijs, iam istius laicus etiam capax sit. Ex supradictis igitur dicit Nauarr. *conf. 11. num. 2. de tempori. ordinat. quod cum pensio, de qua loquimur, cedat loco beneficij, etiam quoad habilitates regulanda est tanquam beneficium, ita vt qui non est capax beneficij, non erit etiam capax pensionis, igitur cum ius dicitur de primo ad vltimum, sequi videtur, vt executor datus ad exequendas executoriales, quarum sententiarum clericus est priuatus, aut inhabilitatus ad beneficia, non excedat illas, si extendens, exequatur etiam in pensione, quae loco beneficij habetur, cum verba iudicis debeant intelligi secundum mentem iuris.*

Sed contrariam opinionem in nostro casu veriore de iure existimo, vt exequitor excedat, si extendat executoriales, quibus quis priuatus, & inhabilitatus est ad beneficia; ad huiusmodi pensiones, cum simus in odiosis, & sententia sit stricti iuris. ita tenent Sarnerius *de annali. q. 2. Gigas conf. 142. num. 9. Crescentius decis. 14. de re iudi. Flamin. Parif. in tract. de confidencia quest. 58. num. 58. Nicol. Garcia de benef. 1. p. c. 5. n. 123. & sequen. facit decis. Farinacij §. 1. num. 2.* affirmantes, quod pensio non venit sub priuatione beneficij per sententiam, dicit Garcia *ibi num. 126.* & ad hanc doctrinam reducendum, & intelligendum esse Suarez *5. tom. de censur. disputatio. 27. sess. 1. n. 15. dum ait, quod suspensio à beneficio non comprehendit pensiones, quia poena non est extendenda vltra proprietatem vocis sine cogente fundamento, cum pensio non sit proprie beneficium, nec est ius, vel ratio quae cogat ad hanc extensionem, &c.* Pro quo etiam facit, quod dicit Nauar. *conf. 12. num. 15. de rescript. vt inhabilitatus ad beneficia per constitutionem poenalem, non videri inhabilitatum ad pensiones, quem sequitur Hierony. Gonzal. gl. 5. §. 5. num. 26. licet contra eos in hoc resoluat Garcia vbi proxime n. 123. & seqq. dicens, vt suspensio quis, seu inhabilitatus generaliter, & simpliciter à beneficio per constitutionem, erit etiam suspensus à pensione, licet secus sit in suspensio per sententiam hominis, nam idem in effectu est, & eadem militat ratio in vtroque, si quidem dispositio poenalis pariter sit stricti iuris, odiosa, & non extendenda, c. odia. de regul. iur. cum vulgatis, sicut sententia.*

Quare

54 Quare non obstant in contrarium adducta fundamenta, quibus responderetur, procedere, & locum habere in simplici iuris dispositione, in ducente vacationem, & incapacitatem non ob poenam, at nos loquimur, quando quis in poenam delicti condemnatus est ad priuationem, & suspensionem beneficij, quia tunc stricta fieri debet interpretatio, & ad alia, quam importet verborum sonus, non est sententia trahenda, nec extendenda, cum pensio improprie dicatur beneficium, & sic ex supradictis ius aliud dicitur isto casu; quod si secus fiat, exequitor excedet, & vim faciet, si appellatio nisi ab huiusmodi excessu non derulerit, declarabit Senatus.

55 Insuper inquirendum venit, an exequitor datus ad executionem executorialium, quarum sententiarum clericus est suspensus ab officio; an excedat, si illas exequatur in beneficio; In cuius inuestigatione licet hinc inde plura potuissim in medium proferre, & applicare fundamenta, varias ac quidem contrarias opiniones, quae à Doctoribus tenentur in re hac, vt est videre per gl. notab. in *clemen. si. in verbo. suspensi.* & ibi Card. *de penis. & idem in clemen. 1. de privilegijs in vers. ceterum in 7. q. cum duabus seqq. Immol. in c. cum dilectus. de consuetud. colu. 8. Præpos. in c. presbyterum. 28. d. in 2. & 3. colu. optimè Syluestrum in summa. verbo. suspensio. §. 5. vers. si quis est suspensus.* cuius distinctionem bonam dicit Bernard. Diaz *in practi. crimi. canon. verb. suspensio. c. 130. num. 3. per totum. Bonifac. de Vitali. in clem. cupientes. de penis.* Nicolaus Boërius *conf. 21. Gregorius Lopez in l. 17. tit. 9. p. 1. verbo. el derecho.* per text. qui etiam alios referunt, & omissa suspensione, quae à iure fit, illam insequantur, quae à iudice per sententiam clerico imponitur, qua interdicitur sui officij exercitium, seu exequutio, in quo ex mente omnium has magis communes opiniones & conclusiones admittam.

56 Prima, vt quando clericus condemnatus, suspensus est ab officio perpetuo, & absque temporis limitatione, tunc exequitor non excedet, si pariter exequatur in beneficio, quoniam suspensus perpetuo ab officio censetur suspensus etiam à beneficio, nam talis suspensio perpetuo habet vim priuationis, & est idem quod depositio. Archidiaconus *in cap. 2. incipit si quis 83. d. & ibi Dominicus, quem ad hoc refert Decius in c. Apostolica. colu. penul. vers. 2. & ibi Ab. de exceptio. Immol. d. c. cum dilectus. de consuetud. 8. colu. vbi citat Gasparem Calderi. Gregor. Lopez vbi proxime gl. 5. post Præposit. Alex. in c. prat. 32. & Holtien. in summa de senten.*

excommunic. §. quis sit eius effectus. in prin. Bernar. Diaz. vbi proxime num. 5. vbi dicit etiam, 57 quod per talem suspensionem perpetuam, videtur beneficium vacare, vt de eodem possit fieri prouiso. ratio est, quia cum beneficium detur propter officium, quod clericus ministrat in Ecclesia, c. si. de rescript. lib. 6. cum secundum Apostolum. de praben. & dignita. & dicit Card. Tolet. in summa lib. 5. cap. 76. quod officium consistit in laudibus diuinis in sacrificio Missæ, & sacrorum administratione, non quod propter hoc redditus dentur in pretium, sed in sustentationem talium personarum, vt à cura sibi prouidendi liberi, Deo melius vacare possint, in populi vtilitatem, idè cum hoc officio sit perpetuo clericus suspensus, per consequens est suspensus à beneficio, quia infecta primitiua, infecta intelliguntur deriuatiua, ac cessante causa cessat effectus.

Altera conclusio erit, quando per sententiam quis est suspensus ab officio, non perpetuo, sed ad tempus, vel etiam simpliciter, nec addita perpetuitate, nec etiam praefinitione temporis, sed simpliciter suspenditur ab officio, & tunc concors est sententia, vt ita suspensus censetur etiam suspensus à distributionibus quotidianis, nec exequitor ad illas extendens executoriales, excedere dicitur, quia distributiones non dantur nisi interessentibus personaliter in diuinis officijs. *cap. 1. de cleri. non residen. lib. 6. quorum exercitio, & executione, seu vsu suspensus est, ac propterea residere, seu interesse non potest, ac ideo suspensus merito ab istis distributionibus quotidianis intelligitur. ex Gregor. Lop. Præposit. Alex. & Holtien. supra.*

Si autem quaeramus de ipsa prabenda seu grossa, aut de alio beneficio, tunc maior stat difficultas, & in varias itum est sententias per Doctores, magis autem communis sententia, & opinio est, quae distinguit inter sic suspensum ab officio per sententiam propter crimen graue, seu atrox, & inter suspensum propter crimen leue, aut etiam infamiam, aut contumaciam. Primo casu scilicet, quando à iudice quis suspenditur ab officio propter crimen graue, intelligitur etiam suspensus à beneficio, & subtrahuntur ei fructus ex identitate rationis supra positæ, quia beneficium datur propter officium, hoc est suspensus, ergo & beneficio, quia cessante causa cessat effectus, siquidem qui altari non seruit, de altari viuere non debet, arg. text. *in d. c. cum secundum Apostolum. de prabend. & dignitati.* quod non prouenit ex significatione, natura, & vi verbi (suspensio) positi in sententia, vt aliqui dicebant,

bant, sed causatiue, & in necessariam consequentiam, ex iis, quæ supra diximus in vers. hinc ad particulares quæstiones, &c. per totum à num. 19. & latissime infra c. 10. à num. 89. cum pluribus seqq. & quia beneficium est accessorium ad officium, & ideo dicunt omnes præcitate Doctores, propterea suspensum à beneficio non intelligi suspensum ab officio, quia officium non est accessorium ad beneficium, sicut econuerso, ut beneficium sit accessorium ad officium, quo sublato, & illud tolli necesse est, secundum ea, quæ de sententia ad accessoria trahenda inferius sunt dicenda, & d. cap. 10. à num. 89. Imò hoc casu si aliter diceremus ipsa delicti pœna potius imposita diceretur Ecclesiæ, quam clerico, si perciperet fructus non feruens, nec recidens, quia non potest, & Ecclesia debito seruitio fraudaretur. In secundo autem distinctionis membro, scilicet in suspensio ob delictum leue, & ob contumaciam, tunc non intelligitur suspensus à beneficio, quia pœna non egreditur delictum, sed commensuratur, & hanc distinctionem probat text. in c. si quis sacerdotum, & c. eos 81. d. c. presbyter si à plebe 2. quæst. 4. & in casu c. 1. de re iudi. lib. 6. Petrus de An. post Gasparem Calderin. in clem. cupientes de penis, optimè Syluest. in d. summa, verbo, suspensio. §. 5. vers. si quis est suspensus, ad quem se refert approbans distinctionem eius. Bernard. Diaz in d. practi. crimi. can. d. cap. 13. o. num. 3. Gregor. Lopez in d. l. 17. tit. 9. p. 1. gl. verb. mui des aguissado, ubi dicit ita communiter per Doctores teneri. Tolet. in summa, lib. 1. cap. 47. Corradi. 3. p. c. l. à num. 28. Ab. in c. vestra de coh. ab. cle. & mul. num. 8. Couar. in 4. 2. p. in prin. num. 14. Armilla verbo, suspensio, num. 11. Valentia 4. tom. disputatione 7. quæst. 18. puncto 1. Cechus de casibus referuatis de suspensione num. 14. Ludouic. Lopez in structor. conscientie 2. tom. 2. p. cap. 3. 1. & 39. Vega in summa 2. p. cap. 108. casu 13. & in Espejo de Curas cap. 12. num. 104. & 105. & faciunt infiniti penè Doctores citati à Nicolao Garcia de benef. 7. p. cap. 14. à num. 7. cum pluribus seqq. probantibus, quòd clerici concubinarij, seu fornicarij notoriè sunt suspensi ab officio, & per consequens à beneficio, licèt ipse in hoc contrarium defendat, negando antecedens, scilicet; quòd sint suspensi ab officio, & sic quòd nec à beneficio. Et hæc nostra opinio magis mihi placet, ut suspensus per sententiam ob graue crimen ab officio, intelligatur etiam suspensus à beneficio (licèt Garcia post alios ibi num. 58. contrarium tentet, nempe suspensum ab officio siue à iure, siue à iudice, non esse suspensum à beneficio, quoad ea, quæ competunt non interessentibus diuersis, nisi

aliud constet ex mente disponentis) & ultra superiora iura superius allegata probat text. in c. qui sunt. c. nullus 32. d. c. si quis amodo 81. d. c. prator 32. d. ibi, nec partem ab Ecclesia suscipiat, &c.) ubi gl. & facit, quòd suspensus ab officio, vel beneficio (quia sunt incapaces) non valet collatio facta beneficij, cum dilectus §. quia nobis. de consuet. plures citat Nicol. Gar. d. tract. de benef. 7. p. cap. 14. à n. 1. quam tamen resolutionem omnino intelligere debes; quando suspensio ab officio facta est perpetua, non autem ad tempus, quod & ex mente est omnium citatorum Doctorum, atque iuri consonum, iuxta superius dicta.

Apud quos omnes, & apud Zerolam in 65 praxi Episcopali 1. p. verbo, suspensio. P. Borga. de irregularitate 6. p. cap. de senten. susp. Simo. Maio. eodem tit. lib. 3. cap. 19. Marti. Nauar. in Manual. confes. cap. 17. num. 1. cum multis seqq. Couarr. in clem. si furiosus. 1. p. §. 1. à prin. & Nicol. Garcia ubi proxime. apud quos inuenies quando, & propter quas causas huiusmodi suspensionis sententia infligenda sit, & quando incurratur irregularitas, & de eius effectibus, & quid Prælati, seu Episcopis censentur interdita, quando iurisdictione, quando collatio, & ordines, seu iurisdictionalium exercitium, & alia plura.

Quibus & alia succedit indifficilis discutienda difficultas: an executor datus ad exequendas executoriales, quarum sententiis clericus declaratus fuit tantum commississe, & perpetrasse delictum, dignum sui natura priuatione beneficij (eo tamen tacito in sententiis) excedat illas exequendo, & extendendo ad priuationem præfati beneficij.

Et partem affirmatiuam, scilicet excedere manifestè, videtur probari. quoniam clericus condemnatus per sententiam latam super homicidio, puta; vel alio crimine priuatione digno, non est priuatus beneficijs, nisi exprimitur, & expressè dicatur in sententiis, per Innocent. in c. qualiter el. 2. de accusationi. num. 10. Feli. in c. inquisitionis eodem tit. n. 7. & in c. ceterum n. 2. 4. & iterum idem Feli. in c. sciscitatus num. 2. de rescript. Hippolyt. singulari 200. Rebuf. qui plures refert de pacifi. possessio. num. 3. 1. 5. alias 262. & iterum in tit. de modis amitten. benef. num. 64. Simonet. de reservatione quæst. 2. 4. & ibi Granuius litera B. Lamber. de iure patr. 1. p. 2. lib. quæst. 6. art. 9. num. 1. Bernar. Diaz in praxi crimi. can. cap. 131. num. 3. Mandof. de signatura tit. de priuatione vers. condemnatus. de homicidio. Petrus Gregor. Syntagma iur. cap. 26. num. 9. & iterum cap. 33. num. 3. Flami. Paris. de resigna. benef. lib. 3. quæst. 16. num. 29. & seqq. Ioann. Gutierrez. canon. quæst. lib. 2. cap. 5. num. 7. Zerola

in

in praxi episcop. 1. p. verbo. priuatio. §. 1. & determinauit Rota teste Puteo decif. 233. lib. 2. & nouissime in alia teste Farinac. decif. 134. n. 3.

68 Quæ opinio & eo inuari videtur, quoniam & si pro homicidio quis sit condemnatus pœna perpetui carceris, vel aliàs, si per sententiam latam, & transactam in rem iudicatam super crimine, non est priuatus expressè clericus beneficio; nihilominus poterit renuntiare; & collatio inde sequuta, erit valida. Rot. decif. 5. de re iudi. Visig. in antiquis. Sarnerius de annali. 9. 42. Rebuf. d. tit. de modis amittendi beneficium n. 64. Flami. Paris. n. 28. & Ioan. Gutier. n. 38. ubi proxime.

69 Sed contrariam sententiam & opinionem, imò, quando sententia lata est super delicto digno priuatione beneficij ipso facto, etiam si id in sententia de beneficij priuatione non exprimitur, tacitè inducta intelligatur à iure, & in ea posse pariter executionem fieri; probat text. expressè, qui nullo modo cauillari potest, in l. ff. ad senat. consult. Turpillia. ibi, Si autem pronuntianter, calumniatus est, condemnauit eum, & quanuis nihil de pœna subiecerit, tamen legis potestas aduersus eum exercebitur, &c.) & ibi gl. hoc idem tenet verb. facti. & B. per quem text. (qui reuera loquitur in dānato de crimine quod de iure meretur priuationem eo ipso beneficio, licèt id in sententia non exprimitur) & ita per hunc text. defendi non posse opinionem Innocent. in d. cap. qualiter. tradit doctissimus Sarmien. lib. 1. selectorum cap. 13. num. 3. falsam esse affirmans, quando à iure pœna est certa, & illi delicto, de quo est clericus declaratus, non est arbitraria, sed à iure determinata, prout etiam sentit ipsemet Innocent. in cap. inter dilectos. de excessibus prælatorum, & cum sequuntur Abb. Panormi. ibi num. 11. & Bernar. Diaz. ubi proxime d. num. 3. Rebuf. d. tit. de modis amitt. benef. n. 65. dicentes, quòd quando delictum erat tale, quod ipso facto inducebat pœnam priuationis beneficij, tunc sufficit delicti declaratio, ut priuatio etiam non expressè intelligatur, Feli. in c. Rodulfus de rescript. num. 35. & num. 37. Zerola supra, Alexand. de Neuo. in additione magna ad Abb. in d. c. inter dilectos. & idem Ab. in c. postulasti de foro comperen. & ita etiam has opiniones contrarias conciliat, & bene, Nicol. Garcia de benef. 1. p. c. 3. de renuntiatione n. 105. & supra à n. 97. quòd quando index ita pronuntiat secundum Innocentium, (condemno te de tali crimine) vel ita (declaro te commississe tale crimen) ut tunc locum habeat dispositio d. l. 1. ff. ad Turpil. & tacitè intelligatur, & inducatur priuatio beneficij, at contraria opinio, & Doctores eam tenentes procedant, quando facta fuit Salgado de protect. Reg. Tom. I l.

condemnatio, seu potius declaratio delicti etiam condigni pœna priuationis, sed non ipso facto, seu ipso iure, sed demum spectata sententia, ut tunc id non inductum censetur, de quo etiam latè Bernar. Diaz d. cap. 13. 1. à n. 3. cum seqq.

Et ego ulterius in comprobationem istius distinctionis, & resolutionis (quæ veritas est) allego famosam Rotæ Romanæ nouissi. decisionem 769. per totam 1. p. diuersorum. qua validissimis hinc inde adductis fundamentis resolutum fuit; sufficere tabellionem, seu notarium condemnare in sententia de crimine falsi, ut inde censetur tacitè inducta officij in posterum priuatio, etiam si id non sit in sententia expressum, sed statim deinceps non poterit tanquam inhabilis, & incapax declaratus, conficere instrumenta, & uti officio, prout magis communem contra alios Doctores ab ea relatos, resolut eadem Rota ibi à num. 8. vers. his tamen non obstantibus, quam sequuntur B. Angel. Ioan. de Platea, & Iacob. Rebuf. in l. si aliquid. C. de susceptorib. lib. 10. per text. ibi, & idem voluere in l. si quis ex argentiariis. §. cogentur. ff. de edendo. Angel. n. 2. Paul. de Castr. n. 3. dicens requiri sententiam priuationis officij, quando notarius deliquit extra officium, & ibi Alex. n. 6. Iacob. de sancto Georgio n. 12. Ill. n. 17. Paul. de Castr. in l. quanuis §. si. n. 2. ff. de solutio. & bene, cons. 203. secundum veterem impressionem. Bal. in l. & militibus n. 3. vers. & ideo notarius. & ibi Paul. de Castr. num. 4. & 5. Decius num. 16. vers. & nota C. de milit. testam. Afflic. in constit. Regni. incipit iudices tit. de electione officiorum. num. 8. Tiraquell. de penis temp. causa 58. num. 7. in fi. & num. 8. Aluarot. cons. 67. num. 10. inter consilia crimi. diuerso. lib. 1. Iulius Clar. in pract. crim. §. si. q. 73. vers. notarius condemnatus. Francisc. Marc. decif. 299. lib. 2. hanc esse communem testantur Alexand. Decius, Clar. & Franc. Marcus suis locis modo citatis. & insuper facit quod post alios dicit Tiraquell. in l. si unquam. verbo, reuertatur. C. de reuocan. donatio. num. 400. quod si pœna priuationis officij incurreretur ipso iure, non requireretur condemnatoria, sed declaratoria duntaxat.

Quare rectè sequitur, ut hoc casu executor non excedat extendens executoriales, quibus clericus est condemnatus, seu declaratus, commississe delictum dignum beneficij priuatione ipso facto, ad ipsam priuationem, etiam si in illis hoc non sit expressum, sed tacitè intelligitur iuris dispositione, & ex eodem facto hæc oritur priuatio statim, ut dicit Ab. in d. c. postulasti n. 7. de for. compet. sequutus Innocent. quòd lata sententia tantum super crimine priuatione digno immediatè

in m &